

districto castris, sempre in Tradate, nonchè i diritti di advocazia ed elezione sulla chiesa « infra castrum » dedicata alla Madre di Dio, con tutte le pertinenze dei detti beni, salvo l'usufrutto dei donanti vita loro natural durante. Una porzione dell'usufrutto tuttavia vada al detto preposto o al preposto « pro tempore » a favore dello « hospitale » di San Bartolomeo, coi più ampi poteri di disporre, e col vincolo di oboli annuali a favore del clero milanese e dei monaci di Sant'Ambrogio. Infine il preposto faccia erigere una chiesa in Tradate in onore di San Giovanni Battista e faccia celebrare un annuale per l'anima dei donanti e dei figli loro.

Rogito di Arderico giudice e messo regio.

Anno dominice incarnationis millesimo centesimo quinquagesimo mense magii indictione tertiadecima. Nos in Dei nomine Guilielmus qui dicor Butrapho et Guaza jugalles de civitate Mediolani qui professi sumus nos lege vivere langobardorum, mihi que supra Guaze consentiente jamdicto Guilielmo jugali et mundualdo meo, et una cum interrogatione Arderici judicis et missi regis cuius et testium presentia profiteor me nullam pati violentiam ad hanc cartam faciendam, presentes presentibus diximus quisquis in sacris et venerabilibus locis ex suis aliquid contulerit rebus in hoc seculo centuplum accipiet, et insuper, quod melius est, vitam possidebit eternam et ideo nos qui supra Guilielmus et Guaza jugalles tibi Floro presbitero et preposito ecclesie Sancti Bartholomei de Vignale (recte: Vignate) de Busco presenti die et hora tradimus et donamus ad partem et utilitatem ecclesie Sancti Bartholomei totam illam decimam quam habemus et possidemus in loco et fundo Tradate, et totam illam terram que regitur et elaboratur in eodem loco Tradate per heredes quondam Giunselmi meo nomine et totam illam terram que laboratur per Alegrum qui dicitur de Caneda de eodem loco Tradate ad meam partem, et jacet ipsa terra ad locum qui dicitur Pozolo et clausum unum quem habemus infra villam de Tradate juxta ecclesiam Sancti Stephani et laboratur per Ottonem, qui dicitur Guarenzi, et Alberium et Arialum qui dicuntur de Villa, et petiam unam campi que laboratur per eundem Arialum et unde reddit fictum omni anno staria sex ad mensuram ipsius loci et tria petia prati quorum unam dicitur in Somovico, alia dicitur de Monetariis, tertia vero dicitur in Redona: et vinearum dua petia una quarum laboratur per Albertum qui dicitur Casteniolus, altera per Formentum qui dicitur Cicada, et jacet ista vinea in Somovico, et casam unam quam habemus intra castrum istius loci quam emimus a Luponis: aliam casam infra eundem castrum quam habemus juxta domum Otonis Ariali: et sorarium grande quod est juxta turrim cum terra vacua circum jacente cui coheret a mane et a sero via, a monte Gronnii (?) et totam illam terram quam emimus... de Raude in eodem loco Tradate, et que laboratur per homines qui dicuntur de Comite et totam illam terram que laboratur per Johannem, qui dicitur de Montecaprello meo nomine, et unum nobis reddit fictum omni anno modia quattuor et staria quattuor et omnes buscos silvas et sortes quas habemus in jamdicto loco Tradate et totam meam portionem de vicanale et asquolos et pascholos, et totum condicium et usum, seu fodrum regalem, et omnem honorem quam habere visi sumus usque modo in prefato loco Tradate, excepto districto castris, jus quoque advocacionis et electionis et si quod aliud jus habemus in ecclesia edificata infra ipsum castrum de Tradate ad honorem Dei et sancte Dei Genitricis Marie et de omnibus supradictis rebus corporalibus et incorporalibus promittimus nos qui supra jugalles una cum nostris heredibus tibi cui supra Floro presbitero et preposito tuisque successoribus ad partem jamdicte ecclesie Sancti Bartholomei esse auctores et defenditores jure et ratione omni tempore, retento

tamen nobis usufructu donec alter nostrum vixerit. tali vero ordine facimus istam donationem ut de usufructu decime habeat prepositus janscripte ecclesie Sancti Bartholomei modia sex et similiter totum usufructum de predictis. datum vero aliud usufructum sit hospitali janscripte ecclesie Sancti Bartholomei et prepositus qui pro tempore fuerit in ipsa ecclesia habeat potestatem ordinandi personas de clericis vel de laicis per quas regatur et custodiat istud hospitale: et cum illis personis dispenset janscripta beneficia ad utilitatem hospitalis scilicet in retinendo domos et suscipiendo pauperes ibi venientes: et prepositus qui pro tempore fuerit, si necessarium esse viderit, habeat potestatem mutandi personas de ipso hospitali, qui honeste vel utiles non fuerint et ponendi alias et idem prepositus habeat potestatem si necessitas exegerit tolendi quod necesse fuerit de predicto usufructu. hospitalis ad utilitatem et sustentationem canonicorum ejusdem ecclesie Sancti Bartholomei: et de toto usufructu predicatarum rerum debeat prepositus qui pro tempore fuerit dare omni anno presbiteris de Mediolano solidos decem et octo denariorum, et monachis de Sancto Ambrosio solidos duos, et custodibus de Sancto Ambrosio solidum unum ad luminaria unius lampadis in tota quadragesima majore, et iste prepositus ecclesie Sancti Bartholomei faceat ardere unum cicindelum in ecclesia Sancti Bartholomei ad... [sic] ante crucem per dicta quadragesima et faceat levare unam ecclesiam in eodem loco Tradate super terram nostram in honorem Sancti Johannis Baptiste, faciat etiam annuale nostrum et filii nostri Guilielmi cum fratribus suis de janscriptis sex modiis quod supra decima constituimus: quia sic decrevit nostra bona voluntas pro animarum nostrarum et filii nostri Guilielmi remedio et mercede. Actum in curte Sancti Bartholomei de Vignale [recte: Vignate]. Signum manuum Guilielmi de Venegonno, Arnaldi de Bregnano, Anrici, Anselmi, Richardi testium.

Ego Ardericus judex et missus domini Chunradi secundi Romanorum regis tradidi et scripsi et janscriptam Guazam interrogavi ac ei licentiam dedi amore Dei et anima domini regis.

(N. B. Inesattezze e lacune sono nella trascrizione Della Croce).

Doc. II

Copia del sec. XIII a parte di rotolo membranaceo, in Arch. Stato Milano — Religione p. a. — Capitolo Maggiore del Duomo — cart. 165. 1208, giugno 20, ind. XI — Milano, nella chiesa di Santa Maria Jemale. Nel giudizio arbitrale, loro delegato e sollecitato da papa Innocenzo III, Finiberto e Conforto, canonici della pieve di Appiano, esaminano e decidono una lite insorta tra Carnevario ed Alberto « de Villa » di Appiano, da una parte, ed il preposto Anselmo e i frati della chiesa di San Bartolomeo al Bosco, dall'altra, I « de Villa » rivendicavano il diritto di patronato sulla detta chiesa acquistato dai predecessori « tum ratione soli tum ratione fundationis et dotationis » adducendo argomenti a proprio favore ed esibendo documenti, fra i quali l'istrumento di fondazione in data 2 novembre 1136 indizione XV (l'indizione romana era però la XIV), del notaio Gualberto. Resistevano il preposto ed i canonici a tali richieste con diversi argomenti, ma gli arbitri decidevano la causa a favore dei « de Villa » ordinando al preposto ed ai canonici di non impedire loro l'esercizio del giuspatronato.
Rogito di Anselmo Rivolta notaio del sacro palazzo.

In nomine Domini die veneris XII die kal. julii. Cum questio verteret inter Carlevarium et Albertum qui dicuntur de Villa ex una parte et Anselmum prepositum et fratres S.cti Bartholomei de busco ex altera super patronatu illius ecclesie sub presbitero Finiberto et Conforto canonicis de Aplano super legatione domini pape ejusque commissionibus plumbeis sigillis sigillatis cognoscentibus tenor prime quarum talis est: Innocentius episcopus servus servorum Dei dilectis filiis Finiberto et Conforto canonicis S.cti Stephani de Aplano mediolanensis diocesis salutem et apostolicam benedictionem: ad audientiam nostram Alberto et Carlevario ac quibusdam aliis laicis de Aplano significantibus est delatum quod prepositus et fratres ecclesie S.ti Bartholomei de busco mediolanensis diocesis super patronatu ipsius ecclesie graviter iniuriantur eisdem, quo circa discretioni vestre per apostolica scripta mandamus quatenus partibus convocatis et auditis hinc inde prepositis quod justum fuerit appellatione preposita statuatis facientes quod decreveritis per censuram ecclesiasticam firmiter observari nullis litteris veritati et iustitie prejudicantibus a sede apostolica impetratis. datum Laterani X kal. aprilis pontificatus nostri anno decimo. tenor predictae talis est: Innocentius episcopus servus servorum Dei dilectis filiis F. et C. canonicis plebis de Aplano mediolanensis diocesis salutem et apostolicam benedictionem. Albertus et Carlevarius et quidam alii laici de Aplano nobis exponere curaverunt quod in causa que inter ipsos ex parte una et prepositum ac canonicos S.cti Bartholomei de busco mediolanensis diocesis ex alia super jure patronatus ejusdem ecclesie S.ti Bartholomei ab apostolica vobis sede commissa procedere hactenus neglexistis. quo circa discretioni vestre per apostolica scripta mandamus quatenus in causa ipsa juxta priorum continentiam litterarum sublato appellationis obstaculo ratione previa procedatis. datum Laterani VI idus maij pontificatus nostri anno decimo. Oblatoque libello ab ipsis Carlevario et Alberto in hunc modum: cum nos Carlevarius et Albertus qui dicuntur de Villa patroni ecclesie beati Bartholomei de buscho petimus quatenus prepositus et fratres illius ecclesie non impediant nos decerto habere et tenere sive possidere vel quasi jus patronatum ipsius ecclesie et nos sicut patronos decerto recognoscant et nichil sine nostra presentia seu consensu faciant in quibus patroni consensus sive presentia desideratur et ipsum jus patronatus ad nos pertinere seu etiam nos patronos ipsius ecclesie esse et eos predicta facere debere et nos ut patronos recognoscere salvo jure addendi et meliorandi. datum est millesimo ducentesimo octavo die jovis... julii quod omnia supradicta in libello inserta ad eos pertinere dicebant tum ratione soli tum ratione fundationis et dotationis et ad hoc probandum inducebant quoddam instrumentum in quo continetur quod illi d.ni de Villa (et) sui majores quamdam petiam terre consulerunt seu etiam judicaverunt predictae ecclesie que petia terre dicitur in monte longo. preterea dicebant se istam habere debere sive tenere et possidere quia in commutationibus ipsius ecclesie vocabantur et consensum tamquam patroni seu advocati prestabant ad quod probandum inducebant quoddam instrumentum commutationis in quo continebatur quod quidam de antecessoribus suis interfuit ut advocatus illi commutationi. item quia dicebant se negotia illius ecclesie ut antecessores eorum gessisse et defensionem sepius prebuisse sicut apparebat per publica instrumenta alterius partis et per testes se probasse dicebant. item quod quidam de sua parentella propter inopiam recepti erant in ipsa ecclesia sicut per testes manifeste se probasse proponebant. item ostendebant confessionem factam ab ipso preposito et fratribus ejus coram predictis iudicibus sicut confessi fuerunt prefatus prepositus et fratres

quod predicta ecclesia erat fundata in proprio solo antecessorum suorum et denique eadem ecclesia et magna pars campanee et prati et silve cum nemoribus et suarum vinearum erant in ipsa terra foundationis et etiam fons de quo illi de predicta ecclesia bibebant fuerat majorum eorum, quare hiis et aliis rationibus asserbatur predictum jus et alia omnia in libello inserta ad se pertinere, et contra respondebant memoratus prepositus et fratres quod dicti Carlevarius et Albertus non erant patroni dicte ecclesie nec ratione soli nec ratione foundationis nec etiam antecessores eorum cum non descenderent ab illis qui contulerunt predictam petiam terre que continetur in memorato instrumento iudicati nec illud esse probatum per testes nec per instrumentum, item dicebant quod illa ecclesia non est hedificata in monte longo immo in monte de Vineate et quod sit hedificata in monte longo aiebant non esse probatum per testes nec per instrumentum, item quod illa ecclesia esset hedificata in monte de Viniate inducebant plura instrumenta quibus apparere dicebant quod illa ecclesia esset hedificata in monte de Vineate quia in illis instrumentis continebatur quod illa ecclesia dicebatur S.etus Bartholomeus de Vineate, item quod elligebant patronos sive advocatos in venditionibus et aliis contractibus eadem voluntates suas [recte: voluntate sua] ad que probanda plura inducebant instrumenta quod non facerent si predicti Carlevarius et Albertus vel eorum antecessores ejusdem ecclesie essent, item dicebant liquere quod Guasconus Alamanolo et quidam alii finem fecerant seu donaverant predictae ecclesie omnes illas terras quas habebant in territorio de Villa et de Aplano et de Maenzana infra illas coherentias que continentur in predicto instrumento iudicati ad que probandum quedam inducebant instrumenta unde istis et aliis rationibus proponebant se fore absolvendos a predictis iudiciis ad actorum petitione, quibus illi de Villa respondebant quod instrumenta in quibus continebatur quod propria voluntate advocatos in quibusdam suis negotiis elegerant non obesse quia in eisdem continentur instrumentis quod in illis negotiis tantum et specialiter que in illis continentur instrumentis et non generaliter advocatos elligebant se vero non et electos interfuisse sed ex debito et non ex gratia quia vere patroni sunt, insuperque non obstante dicebant illa instrumenta quibus contineri dicebatur quod Guasconus Alemanollo et quidam alii finem fecerant illi ecclesie seu donaverant omnes illas terras sive de jure quod habebant infra coherentias in predicto instrumento iudicati comprehensas quam melius ibi habebant nec ob hoc eos aliquid ibidem habuisse constare, et quia longe post foundationem ipsius ecclesie illa finis seu ipse donationes facte reperiebantur, amplius vero quia nullum instrumentum acquisitionis seu oblationis aliquarum terrarum invenitur ante prefactum instrumentum iudicati dominorum de Villa ed ideo illud originale sive primordiale creditur et factum esse presumi debet cum illa incipiebat fieri, item cum iis itaque et aliis rationibus hinc inde auditis et diligenter intellecti habito quoque plurium virorum utriusque juris peritorum consilium super allegationibus rationibus instrumentis et martilogio istorum prepositi et fratrum et attestationibus et confessionibus positionibus et negationibus utriusque partis, predicti presbiteri Finibertus et Confortus a summo pontifice sicut superiori loco delegati consilio etiam et voluntate domini Gaetani de (...) legum doctoris et consensum utriusque partis assessoribus electi auctoritate delegationis qua fungebantur talem infrascriptam dederunt et protulerunt sententiam, In nomine Domini cum nos presbiteri Finibertus et Confortus canonici de Aplano delegati a summo pontifice super jamdicta causa auctoritate delegationis qua fungimur condemnamus predictos prepositum et fratres ad partem predictae ecclesie Sancti Baritho-

lomei de buscho quatenus de certo non impediunt predictos Carlevarium et Albertum uti jure patronatus se predicte ecclesie Sancti Bartholomei nec eos impediunt super possessione vel quasi predicti juris patronatus sed eos recognoscant esse patronos et eorum presentia et consilium atque assensum in omnibus illis tegrant in quibus patroni de jure presentia assensus et consilium desideratur et hoc dicimus et facimus predictis Carlevario et Alberto jurantibus se predicte ecclesie patronos esse. et illam petiam terre super qua illa ecclesia fundata est et ex qua dotata est a suis majoribus et antecessoribus eidem ecclesie per iudicatum collatam esse sicut continetur in publico instrumento confecto per Gualbertum notarium millesimo centesimo trigesimo sexto secundo die intrante mense novembris ind. XV. qui Carlevarius et Albertus ipso preposito et Madio confratre suo presentibus et audientibus illico predictum sacramentum eis delatum ante iudicibus prestiterunt et sic finita est causa. Anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo octavo suprascripto die indictione undecima. actum est hoc in civitate Mediolani in ecclesia S.cte Marie jemalis. interfuerunt testes dominus Passaguerra iudex. dominus Guilielmus Brotius de Carchano et Flamingus de Concorezo et Obizo Balbus et alii. ego Anselmus qui dicor de Rivolta notarius sacri palatii hanc sententiam interfui et scripsi. ego Montenarius qui dicor Dundeus (?) notarius domini Anrici imperatoris scripsi. Ego Lantelmus de Ripa notarius civitatis Mediolani porte verceline ab autentico extraxi.

Doc. III

Copia del sec. XIII a parte di rotolo membranaceo in Arch. Stato di Milano — Religione p. a. — Capitolo Maggiore del Duomo — cart. 165. 1231, gennaio 3, Appiano, « ad villam » nella casa del qm. Giordano « de Villa ».

Maria « de Castiliono » vedova del qm. Giordano « de Villa de burgo Aplano », conzeienti il fratello ser Guarnerio ed il nipote Guglielmo, figlio del qm. ser Ruggero, ambedue Castiglioni, presente e consenziente il messo regio Zanibello del qm. Guifredo Gandolfo, di Appiano, vende ai fratelli Ugo, Guido e Zanibello figli di Guglielmo « de Carbonate » per una metà e ad Ottazio « de Castello » e a Corrado del qm. Alberto « de Villa » di Appiano, « ambo de loco Fitiliario », per l'altra metà, le proprie ragioni dotali e nuziali sui beni che furono del marito, compreso un proprio credito di dieci lire di terzuoli, come da istrumento 8 febbraio 1217 ind. V, notaio Lanterio di Appiano, sostituendo in ogni proprio diritto e pretesa i nipoti compratori e ricevendo dagli stessi sessanta lire di terzuoli buone di Milano, divise per metà fra i due gruppi di eredi.

Rogito del notaio Beltramo figlio del qm. Zanibello Boldoni, di Appiano. (autenticazione posteriore del notaio Lantelmo Riva).

Anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo trigesimo primo die tertio januarii indictione quarta. Venditionem et datum ad proprium fecit d.na Maria relicta quondam ser Jordani de Villa de burgo Aplano consensu et parabula ser Guarnerii fratris sui et Guilielmi filii quondam ser Rugerii de Castiliono nepotis sui et etiam consensu et auctoritate Johannisbelli filii quodam Guifredi Gandulfi de burgo Aplano missi regis a quo interrogata et inquisita fuit se ab aliquo ullam pateretur violentiam. in quo et testium presentia confessa fuit se nullam pati violentiam et sua sponte predictam venditionem visa

est facere in manibus Ugonis et Guidonis et Johannisbelli fratrum filii Guilielmi de Carbonate de burgo Aplano de medietate et Ottatii de Castello et Cunradini filii quodam Alberti de Villa de Aplano, ambo de loco Fittiaro, pro alia medietate ut notatur de... dote tertie seu quarte et consulto donatione propter nuptias et iudicato et de omne alio jure pertinenti et adjacenti in rebus et super rebus que fuerunt predicti quondam ser Jordani viri sui et specialiter de illis libris decem tertiorum quas dicta d.na Maria habere debebat de heredibus dicti quondam ser Jordani viri sui pro suo consulto prout in carta una consulti... continetur tradita et scripta per Lanterium notarium de Aplano millesimo ducentesimo decimo septimo octavo die februarii indictione quinta. ita ut a modo in antea dicti Ugo et fratres ejus pro medietate et dicti Ottazius et Curradinus pro alia medietate et eorum heredes et cui dederint habere et tenere debeant dictam dotem tertiam seu quartam consulto et donatione et omne jus sibi pertinenti in predictis rebus predicti quondam ser Jordani viri sui et faceant exinde quicquid facere voluerint sine assensu d.ne Marie nec ejus heredis vel alicujus persone contradictione. insuper dicta d.na Maria posuit in suum locum dictos Ugonem et fratres pro medietate et dictos Ottatium et Curradinum pro alia medietate de ista dote tertie seu quarte jure dotis donationis propter nuptias consulto et iudicato et de omne alio jure sibi pertinenti in rebus dicti quondam ser Jordani viri sui. et eis dedit et cessit omnia sua jura et actiones et rationes, reales et personales, utiles et directas et exceptiones replicationes et defensiones sibi pertinentia et pertinentes utiliter et directo in rebus et super rebus predicti quondam ser Jordani viri sui propter dicta dote tertie seu quarte jure dotis donationis propter nuptias consulto et iudicato et ita petere et exigere possint dicti Ugo et fratres pro medietate et dicti Ottatius et Chunradinus pro alia medietate sicut ante hunc contractum dicta d.na Maria posset vel poterat et etiam ipsos in rem suam suos procuratores constituit et fecit. preterea dicta d.na Maria consensu suprascripti fratris sui et predicti nepotis sui et jamdicti missi regis fecit finem et refutationem et pacto de non petendo et non agendo in manibus suprascriptorum Ugonis et fratrum et predictorum Ottatii et Cunradini de omni eo quod de certo petere posset super bonis et rebus jamdicti ser Jordani viri sui aliquo modo vel jure. et pro ista venditione et dato et fine confessa fuit suprascripta d.na Maria se accepisse a suprascriptis Ugone et fratribus suis libras triginta tertiorum bonorum Mediolani et suprascriptis Ottazio et Curradino alias libras triginta tertiorum bonorum Mediolani. renuntiando exceptioni non numerate pecunie quia sic inter eos convenit. actum Aplani ad villam in domo ipsius quondam ser Jordani. unde plures carte unius tenoris fieri rogate fuerunt. interfuerunt ibi testes Johannes fil. q.dam Guilielmi de Gazino et ser Ubertus fil.q.dam ser Guilielmi Brozii ambo de burgo Aplano et Rugerius fil.q.dam ser Guilielmi Brozii de loco Burgaro grasso et ser Otto fil.d.ni Gregorii de Castelliono et Tutobenus fil.q.dam ser Anfredi de Castelliono, ambo de loco Castelliono, et pro secundo notario fuit ibi Girolamus fil.q.dam Ambrosii de Campo de loco Vogenzate. ego Girolamus notarius fil.q.dam Ambrosii judicis habit. loci de Vogenzate interfui et scripsi. ego predictus Zanebellus notarius et missus regis interfui predictae mulieri licentiam dedi ut supra et subscripsi. ego Beltramus notarius fil.q.dam Johannisbelli Boldoni de burgo Aplano hanc cartam condidi et ad scribendum dedi et subscripsi. ego Ugo notarius fil.q.dam. Ruzinenti qui dicebatur de Carbonate de loco Carbonate hanc cartam scripsi jussu suprascripti Beltrami. Ego Lantelminus notarius fil.q.dam ser Durantis de Ripa not. civitatis Mediolani porte verceline extraxi.

Doc. IV

Originale membranaceo (o copia antica?) in Arch. Stato di Milano — Religione p. a. — Capitolo Maggiore del Duomo — cart. 166.

La pergamena è fortemente lacerata sul lato destro da tempo anteriore alla trascrizione settecentesca, pure in atti; quindi numerose ed irrimediabili lacune.

1277, « die veneris... (...) bris indictione sexta » — Milano, Cappella di Sant'Agata dell'antico palazzo arcivescovile.

Ottone Visconti arcivescovo di Milano assegna agli ordinari del Capitolo della Chiesa milanese la canonica e la chiesa di San Bartolomeo al Bosco con tutti i beni e i diritti relativi, spossessandone il preposto Melliano Alemanno ed i canonici agostiniani, motivando il provvedimento con la scandalosa vita del capitolo spossessato e con le necessità economiche del Capitolo Metropolitano. Ordina che sia nominato un capellano che risieda in luogo. Sono presenti all'atto autorevoli personalità della Curia. —

Rogito di Antegrado Crotto pubblico notaio di Milano e scrivano dell'arcivescovo.

(Segue sulla stessa pergamena:)

1277, « die jovis se(cundo) mensis decembris » nella stessa cappella di Sant'Agata. L'arcivescovo Ottone autorizza l'arciprete, l'arcidiacono ed il Capitolo Metropolitano a prendere possesso dei beni di cui al precedente decreto.

Rogito come sopra.

In nomine Domini anno a nativitate ejusdem millesimo duecentesimo septuagesimo septimo die veneris..... ()bris indictione sexta. cum in ecclesia et canonica Sancti Bartholomei de buscho mediolanensis diocesis ord. S.cti (Augustini)..... (prepo) situs et canonici qui pro tempore fuerunt in ipsa ecclesia retroactis temporibus seculariter vixerunt et vivunt et..... scandalum generaverint et generent et ad observantiam ipsius regule de facili reduci non possint. et post..... (divi) nis officiis et misarum solemnis celebrandis ibidem et dicta ecclesia alias in spiritualibus et temporalibus sit..... eo quod nisi in statu alicujus usus, vel ordinis ecclesiasticis retineatur, timetur ne miserabiliter subvertatur. nos Otto..... sedis gratia s.te mediolanensis ecclesie archiepiscopus nolentes quod predicta ecclesia ad desolationis opprobrium deducatur..... ()rantes quod dicta ecclesia in statu regulari non potest comode retineri: cum a longevis temporibus prepositus..... pro tempore ibi fuerunt et habitu et observantia regularibus abiectis in plurimorum scandalum vitam duxerint..... ()mum dissolutam: respicientes etiam inopiam capituli ecclesie mediolanensis in communi et cottidianis distributi (onibus)..... habentis unde ordinarii ejusdem ecclesie mediolanensis qui intersunt horis canonicis et aliis divinis officiis.....; ecclesia ministrare possit quod in aliis cathedralibus ecclesiis eorum canonicis qui horis intersunt huiusmodi..... ministrant. de consensu expresso et spontanea voluntate d.ni Melliani Alamani prepositi et Thealdi de Binag(o)..... (de) Habiate et Beltrami Canavisii canonicorum ecclesie predictae S.cti Bartholomei et de consilio..... archipresbiteri..... (archidia) con(i) et capituli ecclesie mediolanensis canonicam et ecclesiam S.cti Bartholomei de buscho prefatas cum omnibus immobilibus, mobilibus, bonis, juribus spiritualibus et temporalibus, realibus et personalibus, honoribus et omnibus aliis pertinentiis suis auctoritate.... eidem ecclesie mediolanensi, comunitati et mense comuni capituli eccle-

sie predicte mediolanensis annectimus et eidem capitulo pleno jure concedimus in propriis usque comunitatis et cetera, que prefatus prepositus et canonici S. cti Bartholomei momentur et de bonis ipsius canonicis ad eorum sustentationem) (con)gruam eis ministretur quousque vixerint vel in aliis ecclesiis idoneis eos duxerimus collocandos. item ordinamus (subs)tentationem ipsius capituli mediolanensis auctoritate nostra vel successorum nostrorum unus capellanus instituitur in (ecclesia) S. ti Bartholomei qui ibidem continue resideat et divina officia et missarum solemnitas celebret cui de pre (dicta) (ei) dem ecclesie tantum assignetur unde jura archiepiscopalia seu episcopalia possit solvere et congruam sustentationem predicta autem facimus statuimus et ordinamus jure et honore nostro et archiepiscopatus mediolanensis in eadem ecclesia S. cti Bartholomei nobis et archiepiscopatus predicto semper salvis. Actum in capella S. cte Agathe sita in palatio vete (ri) archiepiscopatus mediolanensis.

Interfuerunt ibi testes rogati magister Guilielmus de Sigestro electus in episcopatum ecclesie saonensis, magister . . . (de) Vico archipresbiter ecclesie de Vico astensis diocesis vicarius dicti domini archiepiscopi et dominus Gandulfus de predicte ecclesie saonensis et frater Gregorius de Saona canonicus ecclesie S. cte Marte januensis ord (Humi) liatorum. Ego Antegradus Crottus publicus civitatis Mediolani notarius ac scriba predicti domini archiepiscopi interfui et rogatus hoc instrumentum tradidi et ad transcribendum) infrascripto et me subscripsi meoque signo consueto signavi. ego Guilielmus filius Marchisii Saroni civitatis Mediolani porte ticinensis jussu suprascripti notarii scripsi.

In nomine Domini anno a nativitate ejusdem millesimo ducentesimo septuagesimo septimo die jovis se(cundo) mensis decembris indictione sexta in capella S. cte Agathe in pallacio veteri archiepiscopatus mediolanensis presentibus . . . (. . .) tina beneficiarii ecclesie S. cte Marie secrete mediolanensis, Odemario filio q. dam d. ni Guifredotti Vicecomitis de , (. . .) crino filio d. ni Marci de Leviraga cive laudensi, venerabilis pater d. nus Otto Dei et apostolice sedis gratia s. cte mediolanensis ecclesie archiepiscopus concessit et liberaliter concedit et plenam auctoritatem et liberam potestatem dedit . . . archipresbitero, archidiacono et capitulo . . . ecclesie ut per se vel per alium seu alios apprehendere et ingredi possint ad ingrediantur et apprehendant non obstante contradictione et possessionem et tenuitatem ecclesie et canonicis S. cti Bartholomei ad buschum mediolanensis diocesis ordinis S. cti Augustini et om (nium) immobilium et mobillium, honorum, jurium spiritualium et temporalium, realium et personalium, honorum et omnium aliarum pertinentiarum que dictus dominus archiepiscopus auctoritate sua et mediolanensis ecclesie comunitati et mense comuni capituli ecclesie predicte de consensu expresso et spontanea voluntate prepositi et canonicorum dicte ecclesie S. cti Bartholomei annexit et eidem capitulo jure (con)cessit in proprios usus comunitatis et mense comunis ejusdem mediolanensis ecclesie.

Ego Antegradus Crottus publicus civitatis Mediolani notarius ac scriba predicti domini archiepiscopi interfui et rogatus tradidi et subscripsi. ego Guilielmus filius Marchisii Saroni notarii porte ticinensis jussu suprascripti notarii scripsi.

Doc. V

Copia del sec. XIII a parte di rotolo membranaceo in A.S.M. — Religione p. a. — Pergamene — cart. 377.

Trascrizione settecentesca in A.S.M. — Capitolo Maggiore del Duomo — cart. 165.

(Senza luogo nè data), probabilmente del 1283.

Memoria defensionale di Ugo « de Gazio de Villa » di Appiano, nella causa relativa al giuspatronato di San Bartolomeo al Bosco, in corso negli anni 1282-1284 tra lo stesso Ugo, in proprio e nei nomi, ed il Capitolo della Chiesa Maggiore di Milano, con la dimostrazione genealogica della legittimazione dello stesso Ugo e suoi consorti a stare in giudizio, nonché l'allegazione di istrumenti a suffragio sia di tale legittimazione che del merito della causa.

Hoc est memoria quam facit Ugo de Gazio super jure patronatus S. cti Bartholomei ad buscum pro se et sociis.
 in primis quod Carnevarius et Albertus de Villa fecerunt dare sententiam super jure patronatus ipsius ecclesie inter eos ex una parte et prepositum et fratres S. cti Bartholomei ad buscum ex altera in quo pronuntiatum fuit jus patronatus ad ipsos Carnevarium et Albertum pertinere.
 item quod dictus Albertus reliquit filium unum qui nominabatur Chunradus. probatur per instrumenta signata per A.
 item quod dictus Chunradus tamquam patronus ipsius ecclesie una cum Girardo filio dicti quondam Carnevarii consensit electioni facta de d. no Petro de Tradate olim preposito dicte ecclesie. probatur per instrumentum signatum per A.
 item quod dictus Chunradus suo nomine et nomine quorumdam Ugonis et Guidonis et Zanebelli fratrum, qui dicuntur de Gadio, sive de Gazio, et Zanebelli filii quondam Girardi de Carnevario de Villa tamquam patronus ipsius ecclesie laudavit et aprobavit et confirmavit electione facta de domino Milliano qui nunc est prepositus ipsius ecclesie. probatur per instrumentum unum signatum per B.
 item quod dictus Chunradus reliquit filium unum qui nominabatur Albertinus. probatur per instrumenta dua signata per C.
 item quod dictus Albertinus reliquit filiam unam que nominatur Ricadona. probatur per instrumentum unum signatum per D.
 item quod illa Ricadona fecit venditionem et datum predicto Ugoni de Gazio de Villa de Aplano recipienti suo nomine et nomine Gaiani [recte: Guidonis] et Zanebelli fratrum ejus, qui dicuntur de Gazio, universaliter de omnibus juribus et suis rebus eidem Ricadone competentibus in burgo de Aplano et ejus territorio et in locis circumstantibus et eorum territoriis. probatur per instrumentum unum signatum per E.
 item quod dictus Carnevarius, qui fecit dare predictam sententiam, una cum predicto Alberto, reliquit filium unum, qui nominatur Girardus. probatur per suprascriptum instrumentum signatum per A.
 item quod dictus Girardus tamquam patronus ecclesie una cum suprascripto Chunrado consensit electioni facte de suprascripto domino Petro de Tradate olim preposito dicte ecclesie. probatur per suprascriptum instrumentum signatum per A.
 item quod dictus Girardus reliquit filium unum qui nominabatur Zanebellus. probatur per suprascriptum instrumentum signatum per B.
 item quod ille Zanebellus reliquit filium unum qui nominatur Opertus. probatur per instrumentum unum signatum per F.
 item quod ille Opertus fecit venditionem et datum et cessionem Jacopo et Pagano fratribus filiis quondam Johannis belli Gandulfi de ipso burgo nominative de omnibus rebus, territoriis et non territoriis et de omnibus

juribus et rationibus ei alio modo vel jure spectantibus et pertinentibus in burgo de Aplano et ejus territorio et in omnibus circumstantibus locis et de omnibus vocibus honoribus sibi pertinentibus occasione advocatie ecclesie S.cti Bartholomei ad buschum; in integrum probatur per instrumentum suprascriptum signatum per F.

Doc. VI

Copia del sec. XIII a parte di rotolo membranaceo in A.S.M. — Religione p. antica — Capitolo Maggiore del Duomo — cart. 165.

(Senza data, comunque posteriore al 28 agosto 1283, data della donazione di Operto ed anteriore al 24 gennaio 1284, data dell'inizio delle assunzioni testimoniali).

Verbale di comparizione di Ugo « de Gazio de Villa de Aplano », in proprio e nel nome di alcuni congiunti, avanti ad Arnolfo Majnerio, preposito di Rho, delegato da Guido da Landriano, vicario a sua volta dell'arcivescovo di Milano, adducendo Ugo gli stessi argomenti di cui al documento V, ampliati ed aggiornati.

In nomine Domini coram domino Arnolfo Mainerio preposito de Raude delegato a domino Guidoto de Landriano preposito de Olzate et vicario domini archiepiscopi Mediolani probare intendunt et fidem facere Ugo et Guilielmus dicti de Gazio de Villa de Aplano suo nomine et nomine Gazii filii Zanebelli, fratris ipsius Ugonis, et Jacopi et Pagani fratrum filiorum quondam Zanebelli Gandulfi qui ambo dicuntur de Maghenzana in causa quam movent contra capitulum et ordinarios ecclesie matricis Mediolani super jure patronatus ecclesie S.cti Bartholomei ad buschum mediolanensis diocesis.

in primis quod fuit quidam qui nominabatur Carnevarius de Villa de Aplano.

item quod fuit quidam qui nominabatur Albertus de Villa de Aplano.

item quod predicti Carnevarius et Albertus fuerunt patroni dicte ecclesie S.cti Bartholomei.

item quod fuerunt in possessione vel quasi juris patronatus ipsius ecclesie.

item quod predicti Carnevarius et Albertus manerunt controversiam supra jure patronatus ipsius ecclesie contra prepositum et capitulum qui tunc tempore erant in dicta ecclesia S.ti Bartholomei.

item quod super controversia illa lata fuit sententia in qua (condem)nati fuerunt predicti prepositus et fratres dicte ecclesie S.cti Bartholomei quatenus non impediunt decerto predictos Carnevarium et Albertum uti jure patronatus se predictae ecclesie S.cti Bartholomei nec eos impediunt super possessione vel quasi predicti jure patronatus et eos cognoscant esse patronos et eorum presentiam et consilium atque assensum in omnibus illis requirant in quibus patroni de jure presentia consilium et assensus desideratur. et cetera.

item quod dictus Albertus relinquit filium unum qui nominabatur Chunradus.

item quod dictus Chunradus relinquit filium unum qui nominabatur Albertinus.

item quod dictus Albertinus relinquit filiam unam qui nominatur Ricadona.

item quod illa Ricadona fecit donationem predicto Ugoni de Gazio de Villa de Aplano recipienti sue nomine et nomine Gaioni [recte: Guidonis] et Zanebelli fratrum ejus et Guilielmi filii dicti Gaioni [recte: Guidonis] qui dicuntur de Gazio de predicta Villa de burgo de Aplano comunitaliter de omnibus hereditatibus paternis et avitis et suorum ascendentium et de omnibus suis bonis mobilibus et immobilibus, juribus et actionibus, hono-

ribus et districtibus et advocatiis et generaliter de omnibus que habet et visa est habere in qualibet parte.

item quod dictus Carnevarius relinquit filium unum qui nominabatur Girardus.

item quod dictus Girardus relinquit filium unum qui nominabatur Zanebellus.

item quod dictus Zanebellus relinquit filium unum qui nominabatur Opertus.

item quod dictus Opertus fecit donationem Jacopo et Pagano fratribus filiis quondam Zanebelli Gandulfi comunitaliter de omnibus hereditatibus paternis et avitis et suorum ascendentium et de omnibus suis bonis mobilibus et immobilibus, juribus et actionibus, honoribus et districtibus et advocatiis et generaliter de omnibus bonis que habet et visus est habere in qualibet parte.

item quod de predictis et quolibet predictorum est publica vox et fama. dicentes et protestantes quod non adstringunt se suprascripta omnia et singula probaturos sed solum ea que sufficiunt ad victoriam cause sue et non solum per testes sed per instrumenta et aliis modis quibus melius possunt et que possunt addere et diminuere et declarare.

